



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethicæ Doctrinæ Elementa, Et Enarratio Libri quinti  
Ethicorum**

**Melanchthon, Philipp**

**Witebergae, 1583**

**VD16 ZV 20638**

Seqvvntvr Qvæstiones quatuor exiles & argutæ.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56560](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-56560)

tiam circumstantiarum, aut negligentiam leniorem contineat.

**SEQVVNTVR QVÆSTIO:**  
nes quatuor exiles et argutæ.

**Prima:** An verum sit quod dicitur scientiæ volenti non fieri iniuriam. **Secunda:** Que sint iniuriae per accidens. **Tertia:** An sibi ipsi quispiam iniuriam facere possit. **Quarta:** An iustus sic distribuens iniuste, an vero accipiens præmia supra meritum?

Priores quæstiones, ut sæpè solet, proponit, non explicat, ut de quibusdam argutè disputari posset. De prima hæc sit responsio, ut in tempestate malum ejcere sarcinas, quam perdere vitæ sic aliqui leuiores iniurias durioribus anteponunt. Hic fit iniuria volenti, sed in tali collatione non simpliciter volumus malum. Nec Christus voluit supplicium, aut Iudeorum furores, sed voluit salutem generis humani. Intelligatur ergo regula, non fieri iniuriam scientiæ et volenti, scilicet, simpliciter, & in re, quam habeat voluntas in potestate, ut fit iniuria mulieri, se prostituenti, nam voluntas eius impedita est voluntate Dei, ac lege, & auellitur mulier suo & alio scelere à Deo. Est q̄ regula obseruanda: Faciens & consentiens eadem pœna digni sunt.

De

De damnis autem rerum, quæ sunt in nostra  
mestate, quia sine scelere cedi possunt, valet reo  
pla: Scienti & volenti non fit iniuria, ut in  
renditione, aut permutatione, vt cum Glaucus  
la aurea arma pro æneis, hæc non est iniuria.  
Ex his fontibus ad reliquias quæstiones facile re-  
pondetur. Cato iniuriam sibi facit, se se interficio-  
nus, quia non est dominus sui corporis, sed Deus  
vlex superior dominus est, vt vulgo dicitur:  
Nemo est dominus membrorum suorum.

POSTREMVS LOCVS DE  
discrimine summi iuris & æquitatis.

Deinde sequitur in textu postremus locus hu-  
ius libri, dulcissimam distinctionem explicans sum-  
mi iuris & æquitatis, de qua & in Ecclesia, & in  
foco, & in tota consuetudine vita sæpiissime di-  
cendum est, imo de qua nos precatio quotidiana  
admonet: Sicut & nos remittimus debitorib. no-  
ris. Ac prodest commonscieri discentes de hac  
distinctione, vt fugiamus hæc vitia, crudelitatem  
qui sapè præexitur species summi Iuris, & in-  
dulgentiam, cui præexitur interdum nomen æ-  
quitatis. Sunt enim duæ virtutes vicinæ scueria-  
tis seu rigor iuris, & æquitas, ac viriusq; extre-  
ma sunt crudelitas & indulgentia.

Primū autem sciendum est, differre ius sum-  
mi, & ius calumniosæ intellectum. Etsi sa-  
P 2 pè siq